Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



148

uenisse illum incuitatem & uespere exisse & mane
cum transirent discipulos arborem aridam fuisse mirati.
& eiquod secundo die gestum erat quod arbor maledicta ē adiuxit illud quod tertio die gestum ē eius ariditatem miratus
esse discipulos & de potentia fidei a dnō audisse sicea coniungens. Utinisima ex narratione cogamur intendere ubi & quid
matheus praeter miserit non possit agnosci, Cum ergo
dixisset & matheus & relictis illis abiit foras ex hac ciuita
tem in bethaniam ibique mansit. Matheus reuertens in ciuita
tem esurivit & uidens fici arborem unam secus uiam
uenit ad eam & nihil inuenit nisi folia tantum & ait illi
Numquam ab te fructus nascatur in sempiternum. Et ara
facta est continuo ficulnea. praeter missis & eris ad eundem
diem pertinentibus adiunxit. Et cum uidentibus discipu
li mirati sunt dicentes. Quomodo continuo arui quod alio
die uiderunt alio die mirati sunt. Intellegitur autem non
tunc aruisse quando uiderunt. sed continuo quod male
dicta ē. neque enim arescentem sed paenitus arefactam
uiderunt. Ac sic ea continuo in uerbo dni arui sse intellexerūt.

LXVIII Sequitur matheus & dicit, & cum uenisset in tem
plum accesserunt ad eum docentem principes sacer
dotum & seniores populi dicentes. In qua potestate haec
facis & qui tibi dedit hanc potestatem, Respondens
ihs dixit illis. Interrogabo uos & ego unum sermonem
quem si dixeritis mihi & ego uobis dicam in qua potestate
haec facio. Hoc totum & alii duo marcus & lucas tota
dem paene uerbis explicauerunt. Nec mordine inter se
uidentur aliquid discrepare. Nisi unde superius loquu
tus sum, quod praeter missis quibusdam matheus in al
terum diem pertinentib; ita contexit narrationem.
Utinsi aduertatur possit putari ipsum in secundo die ad
huc uersari, Marcum autem in tertio Lucas uero

7 baptismū iohannis fuerunt, & caelum usq; ad illud ubi ait, Nec ego dico uobis in qua
potestate haec facio,